



320  
20

Z. n. 18.



18. iiiA.

*Q. D. B. V.*  
**ANNIVERSARIA  
NATALITIORUM**  
 SOLENNIA  
*SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
CHRISTIANI*

DUCIS SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ ET MONTIUM AN-  
 GARIAE ET WESTPHALIAE LANDGRAVII THURINGIÆ MARCHIONIS MIS-  
 NIE ET UTRIUSQUE LUSATIÆ COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ  
 COMITIS MARCÆ RAVENSBURGÆ ET BARBLÆ DY-  
 NASTÆ RAVENSTEINII &c.&c.&c.

*PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS NOSTRI  
LONGE CLEMENTISSIMI  
DIE XXIII. FEBRUARII  
RECOLENDA PIEQUE CELEBRANDA  
INDICIT*

ET AD

**ORATIONEM**

IN ILL. AUGUSTEI AUDITORIO MAJORI

D. XXIV. FEVR.

BENIGNE AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS UTRIUS-  
 QUE REIPUBL. PROCERES LITERARUMQUE ET BO-  
 NARUM ARTIUM FAUTORES NEC NON  
 ILL. AUGUSTEI CIVES  
 OBSERVANTISSIME OFFICIOSISSIME HUMANISSIMEQUE  
 INVITAT

**M. CHRISTIANUS REINECCIUS SS. TH. B.**  
 CONSIL. SAXO-QUIERE. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.



\* \* \* \* \*

Nter severissimas Leges, quibus Deus Populum Israelicum ad solius veri Dei cultum invitare, obligare & ab omni idolatrie specie avocare voluit, merito referuntur, que legitur Exod. XX. 4. & 5. לא תשחַט לְפָסֵל וְלֹבֶשׂ מִנְחָה שֶׁר בְּשִׁמְךָ אֱלֹהִים וְאֶת כְּבָדָךְ וְאֶת בְּסֶם כְּמֹתָת לְאָרוֹן : לֹא &c. השוחה דם, וְאֶת כְּבָדָךְ כִּי אֲכִיל וְהַלְוָדָךְ לֹא קְנָא i.e. Non facies tibi sculptile, aut ullam imaginem eorum, que in celis desuper, & que in terra infra, & que in aquis sub terra. Non incurvabis te illis & non coles ea, quia Ego יְהוָה Deus tuus sum, Deus fortis Zelotes &c. Quod haec arctissime cum iis, qui in versiculo precedenti dicta sunt, cohereant, Samuel Bobilius tractatu peculiari ostendit ex infallibili principio accentuationis; & docent Varenius Comment. h.l., Wasmuthus & plures alii, qui partim de Accentuatione Decalogi ex instituto scripserunt, partim Augustinianam divisionem Decalogi contra Reformatos defenderunt. Idque dum viderunt ipsi Reformati. Hinc etiam Guffetius in Comment. Lingua Hebr. ad vocem לְבָס p. 691. scribit: Haec quo Reformati reputant duo mandata, in unum compegerant Veteres qui Petubchorb & Sethumoth posuerunt, quique illam accentuum catenam, qua mandata alia distinguntur, contexerunt. Ut autem numerum denarium implant, primum concupiscentia interdictum a reliquo per Sethumam in Deuteronomio divisorunt. Hic cur pugnare velimus non video. „Idemque agnoscit prima verba v.3. לא תְּזַהֵּר לְאֵלֹהִים אֲרֵיךְ עַל פְּנֵי Non erit tibi Deus alius ante facies meas; ambio suo complecti hanc quoque de פָסֵל prohibitionem v. 4. & 5. Atque observat, vocis acceptio mea, qua ad religiosas imagines ex usu Linguae restringitur, manifestum facere, non veteri fabricationem imaginum ad usum civiles destinatarum: nam sic פָסֵל comperitur non significare vulgares imagines. Est igitur לְבָס idolum sculptum, & semper de religiosis imaginibus in Scriptura adhibetur, sive ex ligno fabricatis, sive fusis ex metallo, vel potius metallo obductis; in quo מכָה פָסֵל distinguui videtur, quod פָסֵל sculptile materiam ligneam supponat, que quandoque metallo, auro &c. obducatur; מכָה autem fusile ex puro metallo conficiatur. Huic פָסֵל porro jungitur המכה imago species, figura & pictura qualisque, & prohibetur in cultu adoracionis religioso. Quod clarissimis verbis legitur in loco parallelo Levit. XXVI. 1. לא תְּעַשׂ אֱלֹהִים כְּפָל מִצְבָּה i.e. ne facias obols idola, neque sculptile & statuam erigatis vobis, neque lapidem imaginis detis in terra vestra ad adorandum coram ea. Quod igitur in Exodi loco dicitur: לא תשחַט לְנֵה не facias i.e. не adores; id exponitur h.l. per haec ratione: не facias ad adorandum. Extra vero rationem cultus religiosi, Deo ipso praepiciente & artifice instruente Cherubini formati sunt super arcam Exod. 5, 18, & his aliquis figuris & picturis exornatum fuit Templum Hierosolymitanum 1. Reg. 7, 29. sqq. Hoc dieque Iudei idolatricas statuas & picturas עלerverfantes, admittunt imagines doctrinæ, memoriae & ornatus cœla, seu ut ipsi loquuntur לְהַזְלָסֵר descendendi docendique causa factas, quales reperiimus in ipolorum ædibus & libris plurimas, non hominum modo, Patriarcharum & Prophetarum, sed & corporum cœlestium & terrestrium Solis, Luna &c. Ut ut de imagine protuberante Hominis it. Draconis, aliisque quandoque superstitiose inter se dicimenter. V. Seldenus de Jure Nat. & Gent. l. c. c. 6. p. 184. sqq. Leidecker de Republ. Hebr. l. 5. c. 4. p. 279. Carpzovius Disp. Acad. 3. p. III. &c. Quod faciliter condonatur eos hodie Judæis, quam toleratur in Christianis, inter quos & olim fuit & hodie durat acerrima

imaginibus cotentio: & in utramque partem sunt cœtus amplissimi qui excedunt & graviter errant. De Veterum contentionibus legi merentur *Dalleus* *Libr. de imag.*, *Spanheimius*, *Jac. Owenus* it, *Dannbauerus* &c. Inter hodiernos errant Pontifici in excellū, imagines religiose adorando. Errant & Reformati in defœtu, manifestatio-  
num Divinarum Imagines abominando & omnem imaginum in Templis usum & ornatum repudiando. Illa vero via media hic ibimus tutissimi, qua avetsemur, quod Deus averatur sc̄. sculptilia *תְּבִ�ָה*, & adorationem & cultum omnem ejus, quod non est Deus; etenim nulla umbratilis & artificialis imago est Deus, nec in ea aut sub ea Deus unquam coli voluit, sed prohibuit *Deut. 4.15. 16.*, factumque graviter punivit *Exod. 32.4.5.* Unde juxta *Vasquezium*: *non solum non licet colere imaginem pro Deo; sed etiam verum Deum in aliqua ejus similitudine sive imagine adorare;* multo minus ergo alia imagines crucis Christi, Mariae &c. adoranda sunt: Et retincamus, quod Deus averatus non est, sc̄. imagines, sculpturas & picturas vere historie, memoriae & doctrina ergo factas, & qua sunt sine scandalo. Attamen errores & navos artificum & fallos conceperus improvide intuentium aliquos abusus accidentales nostros non facimus, sed illos corrigitos, emendandos & eximendos cuicunque censemus. *V. Job. Fabricii Amoen. Th. diss. 2. p. 87.* *Dilberr. Disp. Acad. T. 1. p. 722.* *M. P. Rohr disp. Pictor. errans in Historia Sacra. M.P.C.Hilfseri errores Pictorum circa Nat. Chr. &c.* Ipse enim artes haec, quibus figurae & picturae efficiuntur, suis continentur cancellis & terminis, regulis & preceptis τῶν περίτης, nec ita crude intelligendum, vulgo quod nude dicitur: *Pictoribus & Poetis omnia licere.* Nam contra veritatem & pietatem Pictoribus & Poetis nihil quicquam agere licet. Quod ergo ipsam Imaginem Dei attinet, Deus quidem adco non averatur imaginem suam, ut ipse Deus Pater genererit Filium imaginem & χαρακτήρα τῆς ὑπόστασεως αὐτῷ; & Angelos & Homines creaverat aliquid imaginem Dei. Si vero Imago Dei aliquid in se & per se malum esset, illa ipsa a Deo esse non potuisse. Nec tamen Homini conceditur Deo assimilare aliquid, quod Deo simile non est, eumque effigiae falsa & ficta representatione essentia. Hoc enim Deo indignum, impium & scandalosum est. Ut enim omnis conceperus v.g. *de Deo corpore* fallius & peccaminosus est: ita etiam illicitum sub tali figura Deum νατ' εἰσιαν velle sistere & aliis representare. Nam hoc est Dei essentiam invisiibilem, spiritualem & incomprehensibilem convertere in visibilem picturam & inertem imaginem, contra omnem veram imaginis rationem, qua in scholis Sapientium traditur. Nam omnis imago procedit ad similitudinem alterius. Ubi ergo illa non est similitudo & ad eam habitudo seu processio, ibi nec imago est. *V. Calvovii Philos. p. 522. Rudrauffi. Instit. & decisi. Metaph. p. 585.* *J. A. Osiander Colleg. Metaph. p. 66. Ebelius Phil. p. 1148.* Hæc tamen non obstant, quo minus Apparitiones Dei depingi possint juxta illos externae manifestationis modos in S. Scriptura v.g. *Ez. 6.1. lqq. Dan. 7.9. Matth. 3.16. & in Apocalypsi traditos.* In his enim picturis non essentia Divina exprimitur & representatur, nec Deus depingitur, quod fieri non potest nec debet: sed tantum historia illius apparitionis vel manifestationis, qua Deus ipse se patet facere dignatus est, adulbratur. De qua, verba sunt *D. Calvii T XI. Sylt. p. 49.*, si animi conceptu *ideam & imaginem* formare licet, (sine qua utique ea ne legi quidem ac considerari potest,) nemo lanus inficiabit picturam aut sculpturam imagine eandem pariter oculis sisti citra prævaricationem posse, & - in templis sisti quoque *historie memoriae & doctrinae* causa. Nam neque in hoc præcepto nec alibi prohibetur representatio, sed *cultus adoratio*; nec ea ratione representatur Deus per se, sed id, quo aliquando manifestari voluit Deus. Conf. *J. Schmidius Com. in Proph. min. p. 794.*, *Baldinus in C.C. p. 85.*, *Miserus in C.C. p. 45.*, *J. A. Osiander Th. Moral. p. 273.* *Dannbauerus Hodom, Calv. p. 1137. &c.*

Cate-

Cæterum sicuti Veteres externis illis manifestationum Divinarum modis & speciebus sibi inhærendum non putarunt, sed suas cogitationes & orationes ad Deum ipsum direxerunt: ita etiam nos has imagines intuentes earumque intuitu ad pias cogitationes & preces excitatos animum nostrum oportet avocare ab omni materiali conceptu & elevere ad Deum, qui Spiritus est. Omnis enim cultus & omnis adoratio, in qua quis Deum & essentiam Divinam sub tali schemate & imagine corporea concipit, aliquid cultus idololatrici adjunctum habet, ut recte judicat *D. Majus* T. 2. Disp. Acad. p. 179. Tales ergo conceptus crassi, quos plerique præfertim ex imperita plebe sibi formant, ante oculos sibi ponendo imaginem v.g. *Viri Barbati Senis* &c., quando de Deo cogitant & precantur, evitandi sunt & imaginibus non fovendi. Sed ut auditio campanæ signo excitari nos quidem patimur ad fundandas preces, nec tamen inhærensum sono campanæ: ita etiam excitemur conspectu & contemplatione imaginum, sed missa imaginis specie corporea mox mentem nostram elevarat ad Deum ipsum debemus eumque invocare in Spiritu & Veritate. Et cum illa sit mentis humanae imbecillitas, ut Deum & SS. Trinitatem difficulter absque schemate contemplari possumus, & proni admodum ruamus in ejusmodi materiales conceptus corporis extensi &c. non displicere potest illud *D. Speneri* aliorumque Asceticorum Theologorum consilium, quo, ne similiocres in precibus suis turbentur, suadent, ut mox in Christum animos oculosque suos dirigant. Verba *Speneri* sunt in der Glaubens-Lehre p. 165. Es wissen (gottselige Herzen) absonderlich nicht, was sie sich vorstellen sollen, wo sie mit Gott handeln, da wir uns kein Bild von der H. Dreieinigkeit machen können. So gewehnen sie sich nur an Christum zu gedenken. Da finden sie den Vater, denn er ist in ihm, und auch den H. Geist, der sein Geist ist. Omnia vero illa, que in figuris inanimatis & artificialibus picturis ex mandato Dei abominari debemus & caveare, ne iis in cultu Dei & ad idololatriam abutamur: eadem in naturalibus & creatis rebus, que suo quadam modo a Deo Dei imaginem gerunt, observanda sunt, ut illis nos ad celebrationem Dei excitari patiamur, non autem in iis abripiamur ad idololatriam sive crassam sive subtilem. Una Dei imago *euangelica* Filius Dei est & divino cultu a nobis adoratur & colitur. Præter hanc quicquid in Cœlo & terra extra Deum est, quod Dei gerere imaginem existimat, suspicendū est, non adorandum. In coelis Angeli & Coelites omnes gerunt Dei imaginem, sed adorari nunquam volent. Apoc. 19, 10. In terris homines sancti & renati & in primis pii Reges & Principes Dei gerunt imaginem, corumque Sapientiam Sanctitatem & Justitiam admiramur, sed non adoramus eos, nec unquam ipsi adorari cupient impune. Et n. 23 Verum hac Sanctorum & Principum Christianorum pietas est; ut quemadmodum ipsi verum Dei cultum sine cultu imaginum Deo praestant & curant, soli Deo humili & dhærentes: ita etiam eidem soli & nos in puritate doctrinae fidei sine omni idololatria specie & fiducia in carne posita ut adhæreamus, velint atque mandent. Et de tali Principe Christiano & Pio nos quoque hodierno latissimo die *Serenissimi ac Clementissimi Nutriti nostri Natali* in primis lætamur & gloriamur. Ac proinde in Oratione nostra solenni CHRISTIANUM Principem ad summi Principis imaginem recipiendam gerendamque natum & renatum ita intuebimur, ut ipsius Serenissimi exemplo in Deum laudes effundamus, eidemque vota nostra pro Principi vita nuncupemus. Hanc igitur Solemnissimam Panegyrin, ut *Illasfræ Serenissime Aule Ministri* & utriusque Reipubl. Proceres exoptatissima sua presentia ornemus, eique hierarum Fautores & Cultores nostrisque Ill. Augustei Cives decentissima frequentia intersint, observantissime oramus & enixissime contendimus.

P.P. Dominica Elto mihi A. O. R. M DCC XXIV.

Leucopetra, literi G, A, Legii, Aul, & Augstei Typogr.

Nc 885.  
40

ULB Halle  
001 556 347



3

Sb.

WAN

7.6.5



19

Q. D. B. V.

# ANNIVERSARIA NATALITIORUM SOLENNIA SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI DOMINI CHRISTIANI

DUCIS SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ ET MONTIUM AN-  
GARIÆ ET WESTPHALIÆ LANDGRAVII THURINGIÆ MARCHIONIS MIS-  
NIÆ ET UTRIUSQUE LUSATIÆ COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ  
COMITIS MARCÆ RAVENSBERGÆ ET BARBLÆ DY-  
NASTÆ RAVENSTEINII &c.&c.&c.

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS NOSTRI  
LONGE CLEMENTISSIMI  
DIE XXIII. FEBRUARII  
RECOLENDA PIEQUE CELEBRANDA  
INDICIT

ET AD

## ORATIONEM

IN ILL. AUGUSTEI AUDITORIO MAJORI

D. XXIV. FEBR.

BENIGNE AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS UTRIUS-  
QUE REIPUBL. PROCERES LITERARUMQUE ET BO-  
NARUM ARTIUM FAUTORES NEC NON

ILL. AUGUSTEI CIVES

OBSERVANTISSIME OFFICIOSISSIME HUMANISSIMEQUE

INVITAT

**M. CHRISTIANUS REINECCIUSS. TH.B.**

CONSIL. SAXO-QUIERE. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.

